



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Instructorii Conscientiæ R. P. F. Lvdovici Lopez Ordinis Prædicatorvm ...

In qua reliquæ materiæ quæ ad Instructionem Conscientiæ pertinent ex
Orthodoxis Ecclesiæ iudiciis & scholasticorum Theologorum, tum
Iurisconsultorum resolutionibus scitu perutiles latè & copiosè disputantur

López, Luys

Lvgdvni, 1588

De casu quodam Nauarri & an iuste vel iniuste causa recompensandi
accipiens aliquid ad excommunicationem episcopi teneatur illud detegere
vel restituere. Cap. IX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41259

plures, vel pauciores contingant esse, facit cap. quanto de censibus: & Panormitanus ibi. Si tamen nimis grauaretur ex hoc per iudicis officium sibi providebitur, sed in conscientia non tenebitur providere tantæ multitudini, & è conuerso, neq; conuentus tantum soluere si præter expectatum notabiliter numerus minuitur, quia cōtrarium eadem est disciplina, sed de his satis.

¶ Postremo secundum Nauarrum artifices mechanici, sartores, sutores accipientes famulos, quos tirones vocant ad docendum eos suas artes, interdum pro solo victu, & scholastici Salmantini sic accipientes famulos, cum conuentione tacita, vel expressa concedendi eis tempus ad studendum, pro obsonio, & denariolis, & paribus calcæorum, si occupant eos in alijs rebus contra eorum voluntatem, ita vt nequeant illas addiscere artes, peccant cum magna obligatione restituendi propter tempus discendi, & studendi illis ereptum, quod si eos volentes occupant, tenentur illis impedere integrum salarium quod præstari est solitum, admissis sine conditione pro tempore studendi. Insinuat quoq; Nauarrus v famulo seruienti *v Sum.* pro omni tempore continuo, victus & vestitus honestus *Lat. c. 17.* debetur, & præterea aliqua honesta merces pro merito ob *num. 110.* sequiorum.

¶ De casu quodam Nauarri & an iuste vel iniuste causa recompensandi accipiens aliquid ad excommunicationem episcopi teneatur illud detegere vel restituere.

C A P. IX.

CUM vero id laboris, susceptū hic sit à nobis, nempe peccata contra præceptam non furandi, & causas restitutionis indagare, nostram persequentes materiam, querimus hic primo de illa quæstione. De qua Nauarrus sepe fuit rogatus præsertim Salmanticæ an qui donauit sua aut renunciauit beneficio suo, vt possit iuste cooptari in aliquod collegium in quo soli pauperes cooptantur, si fuit cooptatus, si quia est inhabilis ad illud (vt videtur) commiserit aliquid fraudulentum restitutione dignum. Respondetur ergo cum illo, ea beneuitate qua seipse expedit, quod licitè fecit si talis donatio esset irreuocabilis, sine vlllo pacto de retro donando, & re-
d 2 nuncia

Q. I.

nunciatio beneficij facta fuisset sine yllo pacto, & confidencia illicita, de retrocedendo, quia tunc cessio non esset fraudulenta, & ipso iure nulla per quam nõ vacaret beneficium si sic fieret secundum Innocentium ^a. Si inquam irrevocabilis fuit donatio, vel renunciatio prædicta nihil dignum restitutione molitus est per hoc qui per hæc media nixus est se cooptari in collegium pauperũ. Quia neque sic inhabilis factus est ad illud, tum quia tempore cooptationis talis est, qualem statuta collegij requirunt, tum quia non factus est talis pauper culpa sua, sed meritorie propter Deum eo sine relinquendo sua ad adipiscendum opportunum locum studijs, & virtutibus, quo aptius maiore cum commoditate, Deo & reipublicæ famulaturus se dedit, & opinione collegialis fiat commendatus ad consequenda loca, quibus prædictis ministerijs fungi valeat, secus esset si talis donatio vel renunciatio fuisset revocabilis ratione iam dicta.

b gloss. c. Fraternalis. 12. quis st. 2. Q. 1.

¶ Insuper ad restitutionem sic accepti sunt obnoxij, qui aliquid accipiunt occulte pro pœna quæ illis non debetur ante condemnationem per glossam. ^b sed quamvis huius quæstionis meminerimus alibi, sed hic suum apertum ratione restitutionis obtinet locum, scilicet reus iuste interrogatus à iudice, qui inficiatus est crimen, quod fateri tenebatur, quod si falsus fuisset per sententiã iudicis omnibus suis fuisset abdicatus, & amissionis omnium eorum pœna mulctatus, ut patet in hæretico, qui confessus, in amissionem omnium bonorum damnatus veniret, an non obstante quod quia negavit, sic liberatus, teneatur in conscientia ad restitutionem omnium bonorum, in quibus erat mulctandus. Ad quam quæstionem Sotus ^c respondet affirmatiue, scilicet quod statim ut negavit, reus fit in conscientia sicut delicti, ita persolvendæ pœnæ quia iuste negando prepediuit actum iustitiæ iustum.

c Sotus de Iust. & Iur. lib. 1. q. 6. art. 6.

d Nauar. in additioe fol. 37 sup. cap. 18. nu. 46.

e Met. Instr. fol. 178. circa 8. mandatum. §. 34.

¶ At Nauarrus ^d tenet oppositum respectu pœnæ legis infligendæ. Secus esset si negasset debitum parti. Eadem subscribit Metina ^e quorum sententiæ magis fore ac cultandum cenfeo, tum quia ad illam pœnam reus non tenetur ante condemnationem; tum quia in hoc casu sic receptæ sunt hæc leges pœnales, ut ante condemnationem non obligent in conscientia. Et quia secundum

cundum Merinam iniuste ereptus à carcere : quia custodem carceris, vt euadere posset interfecit , non se tenetur tradere ad suspendium: ergo neque iniuste inficiatus delictum, non tenetur luere in conscientia bona quibus erat per sententiam priuandus.

¶ At quæstio quotidiana iam se hic exerit , vtrum ex- **Q. 2.**
cõmunicatio generalis Episcopi qua monitione præmissa solitus est excommunicare scientes & non reuelantes res subtractas alicui nescienti , an obliget eum, qui causa recompensationis eas secreto sibi addixit. ceterosque scientes , & non reuelantes , ad restitutionem earundem rerum? Respondeo dicendum secundum mentem Nauarri. Modo pro competto habeatur tales res via recompensationis , & pro debito legali fuisse subtractas , tunc tam subtractor earundem rerum , quam etiam talis recompensationis conscij non reuelantes , & immunes fiunt à tali sententia excommunicationis, & à restitutione.

¶ Sed quid si de iusta recompensatione , conscij ablationis rerum dubitent , an tunc sub pœna incurrendæ excommunicationis , & sub reatu restitutionis negotium gestum reuelare teneantur? Dicitur plane in hoc casu secundum Nauarrum quando quis est anceps, an alter id quod scit illum substulisse , iustæ recompensationis gratia sibi tulerit. Episcopo super eo excommunicante, dum talis qui tulit rem, admonitus non recompensat, episcopo respondere tenetur : nisi tanta sublator illius rei, fide & virtutis extimatione, apud scientem polleret, quod eius dictum asserentis quod ad recuperandum suum tantum, quod iustum erat, iuste accepit , omnem apud conscium, **Q. 3.**
rei dubietatē ab eius animo excutiat. *f. arg. glo. sing. in l.*

¶ At quid si expresse episcopus in literis suis excom- **Titio fundus. ff. de condict. et demonst.**
municatorijs , iubeat reuelari eos , qui talem rem etiam pro recuperatione suarum rerum, acceperint. Cui satisfacit Syluester dicens cõtra Roselam quod idem ferendum est iudicium in hoc casu, scilicet quod talis recompensator atque eius recompensationis conscij non reuelantes **Q. 4.**
ad nihil tenentur, neq; excommunicatione ligantur, etiã si talis excommunicatio sit specialis quo ad rem. Quia quoad **g. Syluest. verb. fundus.**
personas est generalis , vt recte aduertit Nauarr. contra **1. m. q. 1. §.**
Syluest. non tantopere hoc aduertentem , & patet huius **quæstio**
d 3

h cap. nul
lus. cap. ne
mo. 11. q. 3.

quæstionis solutio quia excommunicatio maior genera-
lis, qualis hæc est non ligat mortaliter non peccantes h
Insuper quia nemo se, neque alium innocẽtem, qualis est
iste sibi iuste recōpensans, tenetur prodere præsertim
ad damnum, & præiudicium. Tum quia secundum Sylve-
strum si meus iudicis esset ut etiã in casu quo quis sibi re-
compensasset, id sibi panderet sententia eius esset conti-
nens intolerabilem errorem, & ita non valeret. cap. de re
iudicata. Quia de pœnit. dist. 1. habetur ne tibi dico ut te
prodas. Vltimò quia secundũ Nauarrũ clausula hæc poni
solita in literis apostolicis sub forma significauit, intelli-
genda est, quando scitur non fuisse acceptũ. pro iusta cõ-
pensatione, aut dubitatur. i

i arg. l. si
procurator
ff. de cond.
indeb.

Q. 6. 5.

¶ Sed adhuc magis premere libet quæstionem, quid er-
go dicendum venit si episcopus in suis literis excom-
municationis exprimeret, quod in casu iniuste recōpẽ-
sationis, iniustus recōpensator restituat. Si aliquis sibi
licet de debito liquido iustitiæ recōpensauit, nec ultra
debitum, alias tamen conditiones in recōpensatione
iusta obseruandas non obseruauerit, an tenebitur episco-
po excommunicanti parere. ¶ Pro discussione quæstio-
nis, nisi conditiones iustæ recōpensationis præmissis-
mus, rursus nobis hic repetẽdæ essent, sed iam ante præ-
iactæ sunt, ideo responderetur ad quæstionem per subse-
quentia dicta.

¶ Sit igitur dictum à nobis primũ, si debi- um sit liqui-
dum, & certum, si cæteræ defecerint conditiones iustæ
recōpensationis, mortaliter delinquet sibi recōpen-
sans, non tamen ad restitutionem tenebitur, quia in cæte-
ris conditionibus omissis obseruata prima, scilicet quòd
recompenset sibi de re certo sua, licet agatur contra iuris
ordinem, non agitur directè contra iustitiam, ideo deli-
ctum committitur contra rem publicam propter vsur-
patam auctoritatem, h tamen non inde insurgit obliga-
tio restitutionis, nisi aliud inde innatum sit damnum.

k Ut con-
stat e. olim
de restitu-
t. sp. l.

¶ Dicitur secũdò quòd sententia excommunicationis
non comprehendetur, si non restituat qui sibi recom-
pensans, omnes conditiones iuste recōpensationis ob-
seruauit, quia hoc non est, neque debuit esse de mente iu-
dicis excommunicantis.

¶ Tertiò

¶ Tertio dicimus, quod quando iudex excommunicationis sententiam promulgat, nihil contra recompensantes addens, dummodo recompensans primam conditionem seruauerit, scilicet quod de debito sibi liquido recompensauerit, quia certum est sibi deberi, ista recompensationis via utens, tali excommunicatione non implicabitur.

¶ Quarto dicimus casu quo iudex in suis literis expresse dixerit, excommunicamus etiam recompensantes, qui omnes conditiones iuxta recompensationis non seruauerint: tunc contra fratrem Iosephum in suis floribus absolute asserentem teneri tunc sic recompensantem (licet non retineat alienum) restituere: censeo ego hic distinguendum in hoc casu: quia aut probabiliter credit, si illud restituat, aut reuelet, vel sibi infamiam furti fore inurendam, vel cogendum esse ad restituendum illud, neque amplius debitum suum, in penam praetermissi ordinis iuris, recuperaturum, vel non nisi cum magno suo detrimento, aut sumptibus, tunc non tenetur parere iudici excommunicanti, reuelando. Quia tunc videtur venisse negotium ad casum in quo potuisset sibi iuste recompensate, & quia postquam siue male, siue bene retinet iam suum, & sibi debitum, non tenetur propter culpam praetermissi ordinis iuris, quia priuata auctoritate recuperauit, illud reuelare cum periculo probabili amittendi illud.

¶ Secus si cessarent haec praedicta inconuenientia, ut quando statim sine vilo incommodo illud debitum esset recuperaturus, quia tunc teneretur iudici excommunicanti parere. Nec contra hoc viget ratio fratris Iosephi allegantis quod iudex potest compellere ad seruandum iuris ordinem, qui est de iure naturali & diuino, quia Deuteronomij decimosexto dicitur quod iustum est iuste exequeris, quia etiam a iure naturali non est alienum quod quis recompenset sibi, aut retineat nec prodat recompensationem iam bene vel male factam, quando per reuelationem illius suo debito, aut fama est spoliandus per iudicem: dum caueat caetera damna vel si iam contigerint, ea resarciat.

¶ Sed instat iam & aliud dubium vtrum dum sub censura praecipitur vt quicumque habuerit has, vel illas scripturas, quae quoquo pacto, ad aliorum ius attinent eas tra-

Q. 6.

l Corduba dat, an eas habens teneatur eas proferre? Cuius quæstio-
in tract. de nis meminerunt Corduba¹. & Sotus in 4.^m
casibus cõ-

sciẽtie. q. ¶ Sit igitur pro expeditione quæstionis primum as-
 63. fertũ, scilicet, quod in prædicto casu quæstionis harũ scri-
 pturarum possessor, vel conscius earũ ad eas reuelandas
 vel exhibendas teneretur: quando tales scripturæ ad ius,

in Sotus. 1. vel iustitiam tertij attinent, licet contra male eas occu-
 rom. q. 1. d. pantem militent, quia retinet eas contra iustitiam, vt de-

22. art. 2. sint alteri instrumenta quibus possit recuperare sibi debi-
 post cõclu- tum, neque sufficit secundum Sotum, vt qui penes se eas

siõnẽ quar habet se excuset, dicendo, quod inde vexationem timet:
 tam in ter nisi forsitan omni dubio procul manifestissimum sit, tali-

rio casu ibi ter illas ad possidentis eas, ius conducere, vt nullatenus
 posita pag. ad ius alterius confirmandum atineant: Concordant in
 1004. hoc Sotus & Corduba: licet addat Sotus quod in foro se-
 culari ad viam excommunicandi confugere ad occulta
 instrumenta exploranda, saltem ad compellendos occul-
 tos testes, vt in iudicio prodeant, neq; mos prisceus est,
 neque res forte legitima.

¶ Secundum assertum sit in prædicto casu, in quo pos-
 sessori scripturarũ præcipitur sub censura eas proferre
 in iudicio, si sibi satis perspectũ habet non malo iure eas
 occupasse, aut retinere, seque non carere iustitia in re a
 se possessa ab antiquo pro sua, si simul pro comperto ha-
 bet scripturas huiusmodi obtinentem, iure carere: & qd
 si in alijs causis ius obtinet, ad quod ius obtinendum in
 iudicio, sibi non parum scripturæ hæc conferunt, si ta-
 men ex earum exhibitione, iuste eas possidenti magnum
 exundat detrimentũ, quia ex eorũ exhibitione eas exhi-
 beri petẽs nõ solũ tuebitur suũ ius, aut illud in iudicio ex-
 perietur: sed etiã in iudicio vexauit eas iuste possidentem,
 & sua bona, postulãdo, in iudicio, edat titulum, quo tales
 scripturas possederit, quẽ titulũ forsità nõ potis erit pro-
 bare neq; testibus, neq; legitimis instrumentis tutari suam
 iustã possessionẽ, nisi in defectu instrumentorũ p̄scriptio-
 nẽ antiqui tẽporis allegarit, & sic suo iure possessionis &
 bonorũ in foro iudiciali impetitus exuetur, sine spe per-
 petuo recuperãdi via iustitiæ, nisi magnis expẽsis, labori-
 bus, odiis, simultatibus interuenientibus, in hoc casu neq;
 scripturarum possessor, neque alius eiusdem possessionis
 conscius,

consciis, tenetur eas edere quia omnes censurę Paulinę, n. Nauar-
super his scripturis rebusque acceptis sic accipiendę sunt, In sum.
quatenus nolint ligare casu, quo iuste possidentibus ma- Hisp. c. 17.
gnu suboritur dispendiu in bonis : caruitque culpa quis num. 114.
sibi tales scripturas acquirędo, ita communiter doctores, 115. & 116.
& compendiose Nauarrus n. refert huius quoque memi- o Sotus de
nit Sotus. o Metina. p Syluester. q & in casibus quibus iust. & lu
scripturas huiusmodi possessor reuelare non est obliga- re. lib. 5. q.
tus, potest iurando, si aliter non potest euadere, responde 3. art. 3.
re iudici se earum esse ignarum, concipiendo intra men- p Metina
te se nescire aliquid, quod iure dicere teneatur. secundu de restitu.
Nauarri, & grauiu doctorum opinionem, licet alij de hoc q. 11.
sint hesitantes doctores. q Syluest.

¶ Tertium assertu sit cuius meminit Corduba no mo- t. cul. ta-
dicu inesse discriminis inter iussum iudicis quo iubet ex bellio, fal-
hiberi scripturas, & inter iussum, quo iubet edere instru- surus. &
menta. Quia exhibere instrumentu est illud euulgare, vt confessio
vsui possit esse eo se potenti tueri, aut ius suum protegere delicti q. 1.
ad qua exhibitionem instrumenti obnoxius est occultus & 2. & 3.
possessor, vel conscius illius, cu conditionibus supra memo- r iudex su
ratis: sicq; sumarie iudex cognoscens, an tale instrumentu matim co-
attineat ad ius petentis: tunc exhiberi iubebit. Aliud est gnoscit an
edere instrumenta quod est ipsamet scriptura tradere. eius inter-
Ad quod nemo obligatur, cum dispendio suorum bonoru sit, non an
aut iactura suę iustitię notabili. Ceterum idiomate no- eius res sit,
stro Hispanico pro eodem vsurpamus edere, & exhibere sic iubeat
scripturam quod est ipsam manifestare, quando sic gene exhiberi.
raliter, & communiter mandatur. l. in hac
actione. §.

¶ De casibus in quibus quis tenetur respondere ad censuras pre- sciendum.
lati an non, & in quibus sub obligatione restitutionis. ff. ad ex-
hibendum.

C A P. X.

A N testis a iudice legitime interrogatus, vel senten- & leg.
tia excommunicationis copulsus detegere furtum, Theaurus.
si sciens tacet, & ob id damnificatus suum non recuperat, eod. & l. si
restituere teneatur: Responderet, haud dubium quin re- C. de fid.
stituere instrum.

Res non
tenetur edere aitori propria instrumenta ad intentionem fundandam. l. edita.
C. de edendo & qui accusare volunt. l. si quis ex argentarijs. §. rationem. ff. de
edendo. & l. nimis grane. ff. de quest. l. de minore. §. tormenta.